BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)

Brixen, um 1450

Seite 394r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

sterys. Ecce enim narrante evangelio fratres karissimi
audivimus quia stabat iohannes et ex discipulis
eius duo et respiciens ihesum ambulantem
dicit. ecce agnus dei statim cognovimus
immo iam notum ad memoriam revocamus.
Quare ihesum precursor suus agnum dei
vocavit. quia videlicet eum pre ceteris mortali-
bus singulariter innocentem. hoc est ab omni
peccato mundum novit quia nos suo sanguine
redempturum quia dona sui velleris spon-
te largitur. ex quo vestem nobis nuptia-
lem facere possimus. idest exempla viven-
di nobis relicturus providit. quibus in dilectio-
ne tale fieri debemus. hoc ergo testimonium precur-
soris dicit. quia facile patet fidelibus
cunctis amoris intimi fontem audientium
cordibus infundit. Tu. Sed non est pu-
tandum quia sine certi ratione misterii hoc
relaturus evangelista premiserit stetisse
iohannem cum discipulis ihesum vero ambulas-
se. et illo utique ubi sequentibus se discipulis